

V c  
5002





h.





AD  
AUDIENDAM  
ORATIONEM SOLENNISSIMAM,

QVA  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO

DN. JOHANNI  
GEORGIO II.

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM  
DUCI, SACRI ROMANI IMPERII ARCHI-  
MARSCHALLO ATQVE ELECTORI,  
LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHI-  
ONI MISNIÆ, NEC NON UTRIUSQVE  
LUSATIÆ, BURGGRAVIO MAGDEBURGI,  
COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGI,  
DYNASTÆ RAVENSTEINII ETC.

DOMINO AC NUTRITIO SUO  
CLEMENTISSIMO

DE NATALI LXIV. SUPERATOQVE  
ADEO CLIMACTERICO MAGNO

IN TEMPLO PAULINO PER INTER-  
PRETEM ACADEMIA LIPSIENSIS  
GRATULABITUR,

UTRIUSQ; REIP. PROCERES AC CIVES  
ACADEMICOS UNIVERSOS OFFICIOSE  
AC PERAMANTER INVITAT

ACADEMIÆ JAM DICTÆ  
RECTOR.







Vartus ac sexagesimus est Natalis, quem Potentissimus Saxoniae Elector JOHANNES GEORGIUS II, Dominus ac Nutritius noster clementissimus hoc sanctius solēniusq; cras celebrabit, quò terribiliores discriminum ac periculorum scyllas valens vigensq; est prætervectus. Annum enim inter gradarios, seu, ut vulgò vocant, Climactericos magnum hoc ipso superavit, quem a terrimo calculo notāt Chaldaei, quēq; Ægyptii ANDRODAN, quòd vitæ humanæ universam debilitet atq; infringat substantiam, notante ex Firmico disertissimâ Buchneri Svadâ, nuncupârunt. Septenariq; certè numerus, quem novies exhibet Climactericus jam dictus, peculiare quid habere visus, sive vitæ humanæ vicissitudines, sive ipsas regnorum ac principatum mutationes spectes. Ac mortalium quidem vitam novem septenariis fuisse jam olim circumscriptam, elegantes Solonis versus à Philone & Clemente Alexandrino citati, & à Lilio Gyraldo in Latium non infeliciter tralati, sunt documento; Astrologos ut taceamus, qui ad septem planetarum seriem ætates expendunt hominum, & Medicorum quosdam, qui & ipsi ætatum gradûs septēni velut decempedâ emetiuntur. In regnis verò seu principatibus memorabile quidpiam septennio quovis obtingere, cùm aliorum temporum historiæ, tùm illud consvadere quod antenus potest, quod ex scriniis pii & octogenarii cujusdam Theologi Theologus ipsemet emendatissimus Nicolaus Selneccerus de Saxoniae superioris provinciis annotavit. Ita a. habēt Venerandi illius senis verba: *Cùm vir DEI Lutherus reprobasset Indulgentias Papales, mox anno sequenti cœpit Papam Anti-Christum revelare, eaq; occasione repurgavit nobis Evangelium CHRISTI A.M.D.XIIX. Deinde anno septimo, id est, M.D.XXV. obiit Elector FRIDERICUS SAPIENS, Dux Saxoniae. Postea anno M.D.XXXII. obiit Elector JOHANNES, Dux Saxoniae. Iterum septimo, hoc est, M.D.XXXIX. obiit GEORGIUS, Dux Saxoniae. Rursus anno septimo, id est, M.D.XLVI. cecidit curvus & auriga Israel, decedente ex hac vita D. MARTINO LUTHERO,*

Orat. IV.  
p. 93.

Pedagog.  
Christian.  
part. I. p. 110

cùm



cum quatuor septenariis in revelatione Anti-Christi usq; ad mortem suam absolvisset, novem verò septenarios in tota sua vita, natus annos LXIII. Mox ortum est bellum Germanicum DOMUI SAXONICÆ perniciosissimum, nondumq; sedatum. Deinde anno septimo M.D.LIII. obierunt ERNESTUS Dux Saxonie, Coburgi, Elector Saxonie MAURITIUS, mox Elector JOHANNES FRIDERICUS, Constans. Deinde anno septimo, h.e. M.D.LX. obiit VVittebergæ D. PHILIPPUS MELANCTHON, & aliquot PRINCIPES SAXONIÆ, pueri. Hæc Doctor ille Ecclesiæ octoginta sex annos natus, cujus observationes ad annum usq; M.D.LXXIV. continuavit Selneccerus, quem adeat, cui volupe. Verùm enim verò vitæ humanæ regnorumq; vicissitudines septenario veluti alligatos esse, affirmare temerè haut sustinemus. Neq; enim his carceribus includi se patitur Vitæ regnorumq; Arbitr opt. max. quin pro sua potiùs sapientia dispensat omnia liberrimè, hominumq; sæpenumerò judicia, quibus in dispiciendis rerum eventis sibi maximè placent, cõfundit. Non diffitemur interim, Climactericum magnum, quò vicinior summæ senectuti est, hõc magis non morborum tantummodò variorum, sed & mortis ipsius expositum esse incurfibus; cumque hos scopulos citrà periculum præternavigarit PATER PATRIÆ CLEMENTISSIMUS, cœleste beneficium interpretamur id meritò, Natalemque adeò Quartum ac Sexagesimum, qui post Climactericum magnum feliciter cras illucescet, majori, quàm unquam antea, cum tripudio pluribusque excipiendum gratulationibus existimamus. Ante omnia verò Regi Regum ac Domino Dominantium laudes gratiasque, quantas maximas possumus, nuncupare nos fas est, quòd in hac temporum ultimorum diritate nobis Principem & viribus corporis & pace florentem in hunc usq; diem conservavit. Cùm enim pleræq; Germanorum Principum ac Statuum ditiones flammis bellicis ambustæ sint, & tantum-non combustæ, solus Saxonie Electoratus, providente post benignissimum Numen sapientissimo hoc Principe illæsus perstat, atq; imperturbatus. Nec pax tantùm in deplorando hoc Germaniæ Statu, sed & verbi divini puri-



FKK 5002

puritas sub RUTÆ SAXONICÆ umbraculo stat illibata, ut non absone cum Laurentio Fausto quis dixerit, DOMUM SAXONICAM haut sine mysterio quodam seroto Rutaceo fuisse insignitam. Nam uti Ruta veneni, ita DOMUS SAXONICA hæresium est impatiens, quippe quæ non prima tantum Lutheranae Religionis, sed & perpetua, nec nisi cum fine mundi desitura est sedes. Cæterum post gratias Majestati Divinæ pro tot tantisque beneficiis persolutas, SERENISSIMO ELECTORI de reverfis feliciter Natalium solennibus, triumphatoque pariter, quem tristissimis auguriis terroribusque infamârunt Astrologi, Climacterico magno gratulari ex animo, DEUMq; opt. max. ardentissimis venerari precibus ac votis decet, ut tam pium, tam pacificum, tamq; constantem Principem servare ac sospitare nobis diutius, nec nisi serò ad interminabile illud Gloriæ regnum transferre clementer velit. Sed hæc omnia pro eâ, quâ pollet, facundiâ & dexteritate die craftino post horã VIII matutinam in Templo Academico expediet *Vir Plur. Reverend. Ampliff. atq; Excellent. DN. L. VALENTINUS ALBERTI SS. Theol. Extraordinarius, & Metaph. ac Dial. Ordinarius Professor longè celeberrimus*, qui has partes ex Patrum Academicorum decreto sibi delegatas lubentissimo in se animo suscepit. Quæ pietas publica, ut eâ, quâ par, solennitate & DEO & PRINCIPI exhibeatur, Utriusque Reipublicæ Proceres ac Cives Academiae universos ad exaudiendam facundissimi Professoris Orationem perhonorificè invitamus, utque pro vita ac regimine Serenissimi Electoris, proque crebriori Nataliū revolutione solēnissima nobiscum vota nuncupent, amanter admodum commonemus. Nam cum nullo non tempore preces fundere pro salute PATRIS PATRIÆ teneamur, tum illo potissimum die id fieri justum ac pium est, quo primū Ille hanc lucem, divinâ Indulgentiâ obstetricante, aspexit, siquidem abs natali cum primis die felicitatis ordo publicæ dependet. PP. in Academia Lipsiensi d. XXX. Maj. A. ær. Chr. M. DC. LXXVI.

Or  
p. 5

Pa  
Ch  
Pat

ac



iba-  
erit,  
fer-  
eni,  
uip-  
fed  
des.  
isq;  
ere-  
que  
nfa-  
i ex  
pre-  
mq;  
diu-  
e re-  
pro  
oost  
diet  
NUS  
Ordi-  
um  
mo  
eâ,  
khi-  
s A-  
Pro-  
que  
cre-  
ota  
am  
te  
m  
clu-  
qui-  
icæ  
Maj.

Pon Vc 5002, Fv  
f

ULB Halle 3  
004 593 340  


V077









h. 2, 436

Vc  
5002

AD  
AUDIENDAM  
ORATIONEM SOLENNISSIMAM,

QVA  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPIS AC DOMINO

DN.

GI

ANNI

O II.

SAXONIAE,

DUCI, SAC

MARSCH

LANDGRA

ONI MISNI

LUSATIAE

COMITI

DYNA

DOMI

DE NA

INTEM

PRETI

UTRIUSQ

ACADE

AC

Æ, MONTIUM

MPERII ARCHI-

ELECTORI,

GIÆ, MARCHI-

UTRIUSQVE

MAGDEBURGI,

ENSBERGI,

INI ETC.

ITIO SUO

MO

RATOQVE

MAGNO

PER INTER-

LIPSIENSIS

R,

ES AC CIVES

OS OFFICIOSE

VITAT

ACADEMIAE JAM DICTAE

RECTOR.

